

tempore eis minus congruo habent di-
 gnaremur transferre ad tempus ipsis
 magis conveniens, videlicet ad Domi-
 nicam qua immediate sequitur festum
 Assumptionis gloriosissima virginis
 Dei Genitricis Mariae, sic ut dicta
 Dominica Nundina ipsa incipiant,
 et octo duntaxat diebus continuis
 perdurarent. Nos animadvertens Gor-
 licensium erga Nos integra fidelita-
 te obsequijs ac dilectione, quia commo-
 ditatibus eorum libenter consulimus
 eorum supplicatione gratiosè annui-
 mus. Ideo deliberatè et sano nostro-
 rum Procerum et fidelium acceden-
 te consilio de certa nostra scientia
 auctoritate Regia Bohemia dictum
 forum sive nundinas annuas, quas
 bis in anno Civitas ipsa habebat,
 transferimus ad Dominicam supra
 nominatam volumus ac decerni-
 mus ipsas anno quolibet in perse-
 tuum, ut supra petitum est diebus

Nundina transfe-
 runtur ad domini-
 cam post festum
 Assumptionis Mariae
 et debent octo dies du-
 rare cum omnibus
 Libertatibus etc.